§

Vincimi victoris fieri cum victo amoris
Spectabam curis finem fecisse futuris
R ursus ad arma vocor. me querit et ecce cupido
Dic amor unde venis pharetris sic undique plenis
C ui castra petis in cuius vulnera tendis
P erdere que queris certamina velle videris
H inc procul hinc absis quia mecum nulla movebis
T ot tibi sunt parides tibi tot sunt et ganimedes
Q ui vix expectant tua dum certamina discant
H is precor insistas optata quibus vulnera mittas
H il facies mecum que non mihi gratia tecum
D um tibi miles eram tua solus signa ferebam
V ndique processi pro te tua prelia gessi
E t nisi forma mea tua laus foret annichilata
I am mea forma placens ad amorem traxerat omnes
E cce puellarum sequitur me turba tuarum
D anaes et europa cum phillide deianira
P rofusa cessat io me vult cum pallade iuno
T ellus succincta sequitur lasciva diana
P enitens mortem per me nisi vitat amorem
I nstat et ipsa venus ibi mecum iungere fedus
H ec curat paridem quia me videt helena talem
R espice quid stigiis proserpina fertur in undis
N on vult salva fore nisi me sibi iungat amorem
H as omnes vici tibi subiectas quoque feci
S ed quid tu contra que sunt tua prima monstra
S ic tu me serena per quam modo vivo minerva
O venus o iuno per vos etiam bene iuro
Q nullus iuvenum tam dulciter arsit in illum
A pius sicut ego iuvenum fuerat sibi nemo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_910/0270

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG